



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

I. Ingenuitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

375



# FORMVLAE QVAE DAM VARIÆ ET INCERTI AVCTORIS.

*Ex Vet. Cod.*

INCIPIVNT CHARTAE  
Regales siue Parensales.

I. INGENVITAS.

PORTET enim vnum-  
quemq; hominem, dum  
in hac vita viuit, pro ani-  
mæ suæ remedio cogita-  
re. Idcirco ego in Dei nomine ille,  
recogitans pro Dei intuitu, vel pro  
animæ meæ redemptione, vt ab im-  
piorum consortio erui mereamur,  
dimitto ergo à die præsente verna-

A a iiiij



culum iuris mei nomine illum , in-  
genuum: in ea vero ratione, ut inge-  
nuus permaneat, tanquam si de be-  
ne ingenuis parentibus fuisset na-  
tus vel procreatus. Peculiare vero si  
aliquid habet, aut in ante laborare  
potuerit, in omnibus habeat con-  
cessum atque indultum, & munde-  
burdem, vel defensionem ad basili-  
cam sancti illius se habere cognos-  
cat, non ad affigendum, sed ad se  
defensandum, nisi ut diximus bene  
ingenuus de hoc die valeat reside-  
re. Si quis vero quod fieri non cre-  
do, si fuerit, aut ego ipse, aut ullus  
de heredibus, aut villa emissa perso-  
na, quæ contra ingenuitatem istam  
venire, aut eam infrangere tentau-  
rit, fisco discutiente, solidos xxx.  
multæ componat; & quod repetit  
per nullum ingenium euindicare  
valeat: præsens ingenuitas, & mer-  
ces nostra, firma & stabilis perma-

neat , cum stipulatione subnixa.  
Actum in loco illo.

## II. VENDITIO DE SERVO.

**D**ominus magnifico fratri illi  
Emptori, Ego in Dei nomine  
ille venditor. Constat me, non ima-  
ginario iure, nec nullo cogentis im-  
perio, sed proprio voluntatis meæ  
arbitrio, tibi vendere, quod ita &  
vendidi, à die præsente, vernaculum  
iuris mei, nomine illum, nō furem,  
non fugituum, nec cadium, nec  
ullum vitium in se habentem; sed in  
omni corpore scimus eum sanum  
vsque ad annum & diem. Et accepi  
à te in pretio pro hoc, iuxta quod  
mihi bene complacuit, vel conue-  
nit, solidos tantos, tanto ita ut ab  
hac die memoratum vernaculum,  
superius denominatum, quem da-  
to pretio de me legibus compara-  
sti, habeas, tenebas, atque possideas